

exemplum supra ex libr. confess. allegatum, albo calculo notandum. Tantorum virorum authoritates, cum prædictis rationibus conjuncte, scutum obvertant & obterant, omnium aliorum Astrologorum, objecta frivola & experientiae repugnantia.

Liceat mihi cramben recoclam apponere. Ego firmiter credo conjecturis haud frivolis fretus, omnia præfigia de futuris contingentibus, neutquam prodire à certâ syderum copulâ, cum nihil agat supra vires suæ speciei & talis facultas illis à S. D. haud insita: Sed cum Ægyptii & Chaldae, olim superstitioni & artibus Magicis, quibus ipsa etiam Astrologia merito est accenlenda, fuerint addicti, si quid veri prædictum, ope dæmonum revelatum. Cum duplex cum illis pactum constitendum, implicitum, vel expressum. Ita duplicitis fortis Astrologi comperiuntur, alii manifestum habentes cum dæmonie commercium: & hujus re-

velatione futura cognoscentes, ea ex astris se cognovisse, communiscuntur, quod iporum impietas lateret in tenebris. Alii Astrologi, et si alias pietatis studiosi, sed veterum observationibus freti posteritati relictis, exin suis prædictiones deponent, putantes, illa vaticinia proficiisci à scientiâ sydereâ naturali, se ipsis decipiunt ac fallunt, dum preceptis illis nitentes, themata natalitia erigunt, opere ipso demonstrant, ea procedere ex pacto implicito, occultâ dæmonis inspiratione, vel potius, si definito dic præfigia contingant, ipso authore ac impulsore, nemendax comperiatur, Deo connivente ac permittente, ad puniendo tam curiosos & temerarios Fati sui avidos: indubium, quin in prædicta mala haud incidissent, si vates non consuluissent. Si prænarrata exempla justo ponderanda judicio, rem ita se habere, impartialis censor facile depræhendet (intellecram velim judicariam seu vaticinam.)

EPISTOLA XX.

*Taxatio supina quorundam Pharmacopæiorum negligentie
& crasse ignorantie, quam ea sit detimentoſa.*



Uâm periculoseum & damnosum sit Tyronibus Pharmacopæis Medicorum recepta dispensanda committere, memorabili exemplo libet monstrare. Cum ante complures

annos, quidam J. II. Doctor Stutgardii, in statu sanitatis, nulli morbo obnoxius, sed præservandi tantum causâ, à Medico expeteret evacuationem corporis, ante venæsecctionem ordinandam, is præscriptis apozema

zema solutivum, inter cetera ingredientia erant designatae radices apii, illud paratum & oblatum. Sed quid contigit? O Fatum infaustum! Minister ille legum peritus, intta paucas horas, ab hausto medicamento, ronchillare cœpit & expiravit. Magna trepidatio & lamentatio inter domesticos, tum Medicus accersitus conspiciens ægrum in agone constitutum, obstupescit, gnarus se innocentem, nihil noxiæ a se ordinatum, & tamen animadvertisit toxicum oblatum: in re ancipiti consilium capiens subitanum, officinam ingreditur, percontando, à quo schedula dispensata & parata, cognito, à Novitio omnia peracta, jussit denuo se prælente, illam dispensare: Tyro quasi re bene gestæ, cum in summitate recepti extaret, recipe radicum apii, legit & substituit opium. Ex grandis ille & funestus error deprehensus, cum unica litera, ipsi ægro fuerit letifera. Quidam Tyro nostratis pharmacopoli, dispensans sacculum pro vino medicato, cum in recepto consignatum, recipe radicum Enulae, ille legit & accepit radices Esulae, sed bono Fato, alius Minister intervenit, errorem observans, Esula dimotæ, Enulam substituit. Sed fortassis æquiori animo ferendum, si tanta imperitia in Novitiis tahtum hæteret, quin dolendum & cum damno experiendum, haud minorem inscitiam non raro

hosipitari in provectioris ætatis. Ministeris, & ipsorum etiam Heris saepius valde indiscretis, prout ex sequentibus patebit notatu dignis exemplis.

Cum ego cuidam feminæ febri continua laboranti ordinarem syrūpū refrigerantem & ceu suavissimū laudarem, n. Syr. acyd. cirti, de succo cerasorum acidorum domesticorum, an. 718. M. Eo primâ vice degustato, ob saporem valde inamicū averata, mihi significari jussit exprobrando, quod tam ingratum & adversarium medicamentum præscribere non verecundatus. Ita querela mihi era admiratori, et si gnarus, culpam in me non hærere, sed in pharmacopæo erroneo, receptum haud dextrè dispensante, consistere, sum arbitratus, exin in officinam ingressus, percontari cœpi, cuius ductu scheda illa præparata, cum Herus ipse fassus, à se concinnatum medicamentum id haud jucundum esse posse, cum à me consignatus syrups domesticus, qui ob amarorem Naturæ adversus: cui me opponens regessi, à me præscriptum syrump cerasorum domesticorum acidorum alterantem suavissimum, ipse autem substituerit syrump de spinâ cervinâ purgantem, qui vulgo syrups domesticus etiam vocari solitus, deceptus ~~etiam~~ vocabuli domestici. Errorem ad oculum ostendi, paulò exactius desiderans judicium, tali

VU 2

colla-

collatione institutā. Cum à me consignatum, recipe syrapi aciditatis citri, cerasorum domesticorum acidorum, añ. ʒiſ. M. Exin facile colligendum, per domesticum non intelligendum syrupum de spinā cervinā, sed cerasorum domesticorum, cum syrupus refrigerans cum aquā, pro potu, miscendus, à me ordinatus, ad interaneorum viscerum æstum contemperandum. Errorem exin etiam patulum, cum à me ita scriptum, recipe syrapi aciditatis citri, è succo cerasorum domesticorum acidorum añ. ʒiſ. M. conjunctim non divisim. Si ita à me signatum, recipe syr. acid. citri ʒij. syr. domestici ʒiſ. M. Et si pro isto accepisset syrupum de spinā cervinā, aliquo modo fore excusandum, quamvis & hoc absolum, syrupum de spinā miscere cum syrupo acido citri. Cum ipse rem perperām intellexerit, & in ambiguo, meritò per Ministros fuisse inquirendum, de dextro sensu. Sed pudet ac tædet illos rerum pharmaceuticarum scientiā tumidos, suam ignorantiam aliquantis per prodere, non habito respectu existimationis Medicorum, nec salutis ægrorum.

2. Cum ego in aliâ officinâ ciudam Virgini febri ardente decumbenti, & jam prunellâ infestata, praescripsissem gargarismum, inter cætera ingredientia, erant consignati

præparati, & observare in gargarismi colore ad rhodium citrino infectum, obortā in animo meo haud levi admiratione, in Myropolio inquisitio instituta, à quo ille præparatus, compertum à Ministero jam adultiore & peritiam præferente, concinnatum, cum in schedulâ extaret, recipe trochiscorum de Nitro cum Sulphure præparatorum, ipsum accepisse trochiscos de Nitro per se factos, sat copiosâ sulphuris citrini pulverisati portione, ipsi liquori in vitro existenti, inspersa. O crassam ignorantiam! Tantum absurdum, vix per insomnium mili obvenisset.

3. Cum cuidam Monacho in cœnobio Wiblingensi, in affectu externo ordinatum Emplastrum Vigonis de Ranis cum Mercurio præparatum, Minister nescius id duplice modo concinnatum, cum & sine Mercurio, in officinis prostare, cum legisset, recipe Emplastrum de Ranis cum Mercurio, absque ulteriori pensatione, accepit Emplastrum de Ranis tum obvium, putans, non aliud extare, quam sine Mercurio præparatum, ideoque illi commissens copiosum pulverem Mercurii sublimati, tradidit. Cum id claustrali admotum, insignis in crure inflammatio & erosio clausata, cum haud levi vita discrimine. O rudes Myropolas, & Medicis & æg. otis verendos, & ad Garamantas usque, vel extreemos Indos, transmittendos.

EPI-